

spanischen Irrlehrer des Adoptianismus. Aus der einen Quelle stolzer Ueberhebung entquelle der Ursprung fast aller Sekten, indem da jeder ihrer Stifter lieber der Verteidiger seiner eigenen Meinung sein als der Wahrheit folgen wolle. Die Weisheit der himmlischen Lehrer werde nicht nach ihrem eigenen Sinn und Inhalt erwogen, sondern nach Gutdünken und Wunsch zu einem verkehrten, der Wahrheit widersprechenden Sinn abgeleitet. Es sei leicht aus allen häretischen Schriften zu beweisen, dass sie auch die Worte der Schrift zur Deckung ihres Irrtums in gottloser Verwegenheit und nichtswürdiger Verblendung gebrauchten. Die fabelhaften Vernünfteleien menschlicher Annahmen und Möglichkeiten ziehe man der Solidität des katholischen Glaubens vor¹.

1) . . . Ex uno superbae elationis fonte paene diversarum origo sectarum ebullivit; dum quisque illorum propriae magis voluit esse defensor sententiae, quam veritatis sectator, et unde suo nomini satagebat gloriam acquirere, inde reprehensibilis iusteque omnibus odiosus effectus est. Cardo enim pessimus et origo malorum, quae sese cunctarum impietatum occasiones peperit, haec est, dum caelestium doctorum sapientia, vitio male intelligentium, procacitate temerata, non secundum sui sensus proprietatem perpenditur, sed in alienos sensus pro arbitrio et voluntate legentis, secus quam veritatis ratio habet, derivatur. Et hoc ex omnium haereticorum commentis cuique, sanctas bene intelligenti Scripturas, deprehendere perfacile est, quod non solum impiorum perversitas spiritalium doctorum catholicas in Scripturis sanctis interpretationes male intellexerunt, verum etiam impia temeritate vel prava caecitate divinorum librorum sanctissima verba ad sui erroris similitudinem trahere non formidaverunt. Adv. Elip. IV, 1. Migne P. L. CI, 285 C. Vergl. damit die Texte der L. C. im N. A. XXXVI, 648 ff. u. 650, N. 2 ff. und ebenda 638. 641. — Praeponentes humanae coniecturae fabulosas ratiunculas catholicae fidei soliditati (vergl. oben S. 503, A. 1), volentes prius intelligere et secundo loco credere . . .; abstinete vos (Elip.) a colloquio nugacitatis habete fidem sanctarum paginis Scripturarum et nolite transgredi terminos, quos statuerunt Patres ecclesiasticae dignitatis. Adv. Elip. IV, 10. Migne a. a. O. 294 B: Heu caeca pravitas! quae dum sapiens esse videri contendit, stulta ostenditur; et dum alta divinitatis mysteria praesumptuosa audacia scrutari praesumit, . . in profundam erroris foveam praecipitata cadit. Adv. Felic. Lib. Cap. XXXVII. Migne a. a. O. 102: Atque ad confirmationem huius erroris multa collegit pravo sensu testimonia, quae ad verae fidei agnitionem, Spiritu sancto dictante, a doctoribus Novi vel Veteris Testamenti prolata sunt; ib. 129 B: Stultitia magna est hominem in sua solius confidere sententia et sanctorum Patrum vel totius ecclesiae catholicos spernere sensus. Nonne haec omnibus haereticis causa fuit perditionis, quod suae magis voluerunt amatores esse sententiae quam veritatis; ib. 129 B: Duo sunt quippe, quae in errore hominum difficillime tolerantur: praesumptio, priusquam veritas pateat, et cum iam patuerit, praesumptae defensio falsitatis. Ex his duobus coenosis